Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



IOHAN

cauit ihm ⁊ dixit ei. Tu es rex iude
orum? Rendit ihc. A te metipso hoc
dicis. an alii tibi dixerunt de me? Re
spondit pylatus. Numquid ego iude
us sum? Gens tua ⁊ pontifices tui
tradiderunt te mihi. Quid fecisti?
Rendit ihc. Regnum meum non est de
hoc mundo. Si ex hoc mundo esset reg
num meum. ministri mei utique decer
tarent ut non traderer iudeis. Nunc
autem regnum meum non est hinc. Dixit i
taque ei pylatus. Ergo rex es tu? Re
spondit ihc. Tu dicis quia rex sum
ego. Ego in hoc natus sum. ⁊ ad hoc
uenio in mundum. ut testimonium phibe
am veritati. Omnis qui est ex ueritate.
audit uocem meam. Dicit ei pylatus:
Quid est ueritas? ⁊ cum hoc dixisset.
iterum exiuit ad iudeos. ⁊ dicit ad eos.
Ego nullam inuenio in eo causam. Est
autem consuetudo uobis. ut unum di
mittam uobis in pascha. Vultis ergo
dimittam uobis regem iudeorum? Clama
uerunt igitur rursum omnes dicentes. Non
hunc sed barrabam. Erat autem barra
bas latro. XIX.

Tunc ergo
apprehendit pylatus ihm. ⁊
flagellauit. Et milites plec
tentes coronam de spinis. imposuerunt ca
piti eius. ⁊ uestiuerunt eum purpura circumde
derunt eum. ⁊ uenebant ad eum ⁊ dice
bant. Aue rex iudeorum. ⁊ dabant ei
alapas. Exiuit iterum pylatus foras. ⁊
dixit eis. Ecce adduco uobis eum foras.
ut cognoscatis quia nullam inuenio in
eo causam. Exiuit igitur ihc portans spi
neam coronam. ⁊ purpureum uestimentum.
⁊ dixit eis. Ecce homo. Cum ergo vi
dissent eum pontifices ⁊ ministri clama
bant dicentes. Crucifige. crucifige eum.
Dicit eis pylatus. Accipite eum uos ⁊
crucifigite. Ego enim non inuenio in
eo causam. Rendebant ei iudei. Nos le
gem habemus. ⁊ secundum legem debet mori.
quia filium dei se fecit. Cum audisset
ergo pylatus hunc sermonem magis
timuit. ⁊ ingressus est in pretorium
rium. ⁊ dixit ad ihm. Unde es tu? Je
sus autem responsum non dedit ei. Dicit
igitur ei pylatus. Mihi non loquis? Nes
cis quia potestatem habeo crucifigere te.
⁊ potestatem habeo dimittere te? Rendit
ihc. Non haberes potestatem adversum me
ullam. nisi tibi esset datum desuper.
Propterea qui tradidit me tibi. maiorem
peccatum habet. Et ex inde quaerebat py
latus dimittere eum. Judei autem clama
bant dicentes. Si hunc dimittis. non
es amicus cesaris. Omnis enim qui se
regem facit. contradicit cesari. Py
latus ergo cum audisset hos sermones.
adduxit foras ihm. ⁊ sedit pro tribu
nali. in loco qui dicitur lithostratos.
hebraice autem gabatha. Erat autem
parasceue paschae. hora quasi sexta.
⁊ dixit iudeis. Ecce rex uester. Illi
autem clamabant dicentes. Tolle tolle.
crucifige eum. Dicit eis pylatus. Re
gem uestrum crucifigam? Rendeuerunt pon
tifices. Non habemus regem nisi cesa
rem. Tunc igitur tradidit eis illum. ut
crucifigerent. Suscepiunt autem ihm.
⁊ eduxerunt. ⁊ bajulans sibi crucem
exiuit in eum qui dicitur calualie locum.
hebraice uero golgotha. ubi eum cruci
fixerunt. ⁊ cum eo duos alios. hinc ⁊ in
de medium autem ihm. Scripsit autem ⁊
titulum pylatus. ⁊ posuit super crucem.
Erat autem scriptum. Jhc nazarenus rex
iudeorum. Hunc igitur titulum multi lege
runt iudeorum. quia prope ciuitatem erat
locus ubi crucifixus est ihc. Et erat